



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quaecumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

VII. Synodus, Quae Tertia Romana, iisdem consulibus, Nonis Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

Imperat.

dogma is decretum synodus non fecerit, cum fecisse tamen aliquod, tota credat Ecclesia. Quod Cyrillus, fidei sua rectitudinis testimonium perhibuisse, & Romanam Ecclesiam, & sanctam quoque synodum ex universo orbe congregatam testetur. Quartum addi potest, quod Orientales obijerint catholicae synodo subscriptionem capitum, & Theodoretus ab universis accepta queratur, lbasque Ortohenis clericis negotium ea de re facesserit.

Verum non multum ponderis haec habent: nam, ut a postremo incipiam, Nestorianae partis homines multa mentiti sunt, & hoc maxime, quod catholici cum Apollinatio sentirent, id vero apud ipsos idem erat, quod capitibus subscribere. Deinde, quod ait Cyrillus Imperatori scribens, de fide intellige dum est secundis literis contenta, & in secunda Romae synodo probati, non item de capitibus post ejusmodi synodum confectis, ut aperte ostendimus. Tertio, decretum fidei nullum editum est in tota synodo, praeter approbationem secundae Cyrilli epistolae, & rejectionem oppositae Nestorii, ut constat ex singulorum Episcoporum sententia, totiusque actionis primae lectione, & concilii quarti quintive historia, in quibus lecta dicitur secunda haec Cyrilli epistola, non item tertia. Denique, Joannes Antiochenus contradictorio judicio damnatus non est: qui enim potuisset homo, qui vadimonium contumaciter deseruit? Et ut esset, non idcirco tamen capitula forent recepta, sed rejecta: potius praecipis, injuriosa, & illegitima auctoris capitum inauditi depositio.

Quando igitur primum vim canonum obtinuerunt, aliquando enim obtinuisse videtur innuere Gregorius magnus, cum scribit in exemplaribus Ephesini concilii Romanis atque Ravennensibus, nihil aliud contineri in definitione anathematis & reprobationis, nisi quod capitula beate memoriae Cyrilli reprobant. Verum hic Gregorii locus nihil admodum conficit: id

ynum enim significat, in praefatis codicibus non contineri vllum anathema in eos, qui assererent *Ad animam in peccato non fuisse mortuam*, sed solos tantum Cyrilli anathematizatos: ex quo non video, qua ratione concludatur, recepta esse tunc temporis capitula veluti canones fidei. Quamquam aliunde id confici non abouerim, nempe ex eo, quod quintum sextumque concilium tunc admissum esset, quo in vtroque capitula recepta sunt.

Crediderim vero non aegre, ea tempestate acta Ephesina, quae Romae Ravennaeque haberentur, fuisse admodum mutila, nec aliud comprehendisse, quam quod Dionysius Exiguus in Latinum sermonem transfudit. Certe in codice Bellovacensi, quo vsi sumus, nomine concilii Ephesini pauca haec, quae in praefatione generali recensuimus, quaeque omnino rejecimus, comprehenduntur.

Quis porro primus epistolam Cyrilli Latinitate donaverit, incertum adhuc esse non potest, cum Mercator, ante ipsum quoque concilium Ephesium, anathematizatos non longo post tempore, epistolam in Latinum sermonem verterit. Quare nihil habuit admodum cause Dionysius Exiguus, cur sexto saeculo gloriaretur, se epistolam synodicam sancti Cyrilli Alexandrini pontificis de Graeco in Latinum eloquium transfudisse, quae tanti doctoris apostolica fides Graeco jam dudum bene comperita, sed ignorata Latinis haecenus, innotescat: ut Nestoriana lites evidenter agnoscat ab hominibus, & pro sua malignitate merito respuatur, quae sub pretextu fidei perfidiam insinuare non desinit, & furore Judaico pariter & errore tranquillitatem catholicae Ecclesiae toto terrarum orbe diffusa turbare contendit. Nam ante Dionysium Mercator ex Graeco in Latinum sermonem, sermone catholicae fidei incensus, Nestorii Cyrillique epistolae transferre curaverat, a fidelibus lingua sua fratribus cognoscendas.

Qui primus interpretes Latini epistolae Cyrilli & anathematizatorum. in praef. ad Petrum 415.

Praef. in sermones & epistolae Nestorii ac Cyrilli.

Observatio de acta Ephesini Romae asseruatis.

Epist. 195. qua 3. libri sexti.

Nestorius petiit a Theodosio iudici concilium generale.



OSTENDIT Nestorius literis Joannis Antiocheni monitus est, allatum iri propediem epistolam Celestini, qua damnationis sententia in concilio Romano lata significaretur, nihil non molitus est, quo tantum malum capiti suo impendens averteret, nec efficacius vllum praesentiusque remedium putavit, quam si obtineret ab Imperatore iudici generalem synodum, cuius ad iudicium omnia deferrentur, interimque ne nini quidquam attentare fas esset. Id ab Imperatore non aegre obtinuit, quippe quem, tum suis artibus, tum aulicorum potentia flectere posset, quam vellet in partem, & in istam praesertim, in quam & monachorum impulsu, suaque Constantini, magnique Theo-

dosi, qui ex orbe toto synodos coegerant, emulatione inclinabar.

Scriptis ergo Theodosius evocatoriam saeculis Imperator ad omnes majorum sedium praefules, quae praefatus, religionis & imperii eam esse cognationem, ut verumque alterius successibus incrementa sumat, Reges Dei providentia hominumque sequestris, illius esse ministros, istorum ad vitam piam restantque duces. Et ecclesiasticum statum tum demum futurum, quem esse oportet, cum omnes omnium ordinum clerici, & novo culpaque vacaverint, & concordia consensuque juncti fuerint.

Mox jubet, adesse Metropolitans omnes Ephesi ad diem Pentecostes consequentis anni, & secum doctissimos quosque suae provinciae Episcopos adducere; tum synodi cogenda causas

Scilicet Imperator ad majorem sedium antistites. i. part. cons. Ephes. cap. 32.

Vu iij

DIS
um episcopos, quo
quod hodie sermo
s imo ad singulos
imis. Addendi O
r capita des
erunt, & sui ad
a pacificandi non
n vt capita vel
curarent, & post
rursus ea proli-
ones proponen-
ant. Quam ob
id optavit, ob-
terrelo; synodus
redebatur. Ma-
uo, vlla est ip-
tibus. Pagnare
essent Ecclesie,
sam.
opolitanam sp
avit, pro Ephe-
derat, cum de
n ea fuit lega-
esbyter; fuit &
alis synodi An-
nini, qui solus
lis: fidei &
primumque Ec-
Episcopis, qui
fuit, a quo
Quare, cum
fuerit, nihil
is certam qui-
a, vt que le-
ndum pro re-
illime congre-
tis, diligenter
odi studio,
s quaestione
dignaverit, Qui
qui vero de-
rribus lin-
atorem, qui
emo, quod
se id mirum,
facis pacati
pollinaria
fessio, quod
quasi radix
cur in iplo
od quinto
st, de ter-
atur tanto
tolerabilibus
oscorusque
pitula Cy-
fia, velut
a quaedam
sunda sy-
otum, id
a tenus, a
teris con-
te & sua
An tempore
concilio
n ipsamet
Romanae
namenta, Episc.
Joannes
illum de-
iodi aliud

exponit, quo nimirum turba, que ex multis dissidiis & concertationibus hinc inde enata sunt, secundum ecclesiasticos canones consopiantur, & illa preterea, que parum decemter habentur admisa sunt, corrigantur, & pietatis denique, que in Deum est, publiceque utilitatis firmitati consulatur.

Ad hæc vetat, ne vlla interim, ante sanctissimam coactam synodum, communemque eisdem, que de omnibus dabitur, sententiam, fiat privarim a quibuscumque innovatio. Tandem nullam se testatus absentia excusationem accepturum, omnes ad diem constitutum impigre adesse mandat.

Occasio synodi Romanæ.

Ist hæc sacra Imperatoris, cum data sit Constanti nopoli, Theodosio XIII. Valentiniano III. A. A. coll. x lll. Kalend. Decembris, Romam procul dubio deferri non potuit ante finem Decembris, aut etiam initium Januarii: hinc orta Celestino necessitas deliberandi, de mittendis Ephesum legatis, qui Romana Ecclesiæ sedisque apostolicæ locum tenerent. Quod cum de more fieri deberet in synodo, præsertim cum ageretur de fide occidentalis Ecclesiæ exponenda, Episcopos coegit Pontifex Romam, nec parvo numero, nec vicinis tantum ex civitatibus: siquidem congregandus erat cætus, qui merito dici posset, occidentalis totius Ecclesiæ synodus.

Meminit Philippus presbyter legatus. Part. 2. conc. Ephes. ult. 3.

Hujus qui mentionem faciat expresse, nullum novi: subobscuræ facit Philippus presbyter Celestini locum tenens, cum ait, *orientalis & occidentalis Ecclesiæ sacerdotes, per se, vel per suos legatos sacerdotali Ephesino confessui interesse.*

Et Cyrillus. Ibid.

Paulo clarius Cyrillus legatos interlocutus, deposuisse Nestorium, suppletes locum sedis apostolicæ, totiusque synodi sanctissimorum, Deoque dilectissimorum Occidentalium episcoporum.

Atque Patres Ephesini. Ibid. in relatu ad Imperat.

Manifeste tota synodus Ephesina, Theodosio referens de legatorum adventu, *Vestram, christianissimi imperatores, erga pietatem curam & studium universorum Deum gratum accepimusque habens, etiam sanctorum occidentalium Episcoporum animos & la, ut Christum contumelia affectum vindicarent, excitavit. Nam licet maximum itineris spatium universam illam sanctissimorum Episcoporum multitudinem ad nos pervenire prohibuerit: atamen illic simul congregati, Celestino sanctissimo piissimoque magna Romæ episcopo presidente, etiam & nostram de fide sententiam magno consensu prædicarunt, eosque qui diversa sentiant, ab omni presulis sacerdotii sorte gradusque alienos esse desinuerunt. Et hæc quidem etiam antequam sanctissima hæc synodus conveniret, Celestinus sanctissimus magna Romæ episcopus per literas suas indicaverat, Cy illaque sanctissimo, Deoque dilectissimo in qua civitate Alexandrina episcopo, ut suas vires subiret, commiserat. Sed & nunc demum aliis etiam literis sancta synodo, quam vestra majestas in Ephesorum metropoli convenire præcepit, hæc significavit: misit autem has literas per Arcadium & Projectum sanctissimos episcopos, & Philippum religiosissimum presbyterum magna Romæ, qui Celestini sanctissimi, Deoque dilectissimi episcopi præsentiam supplem. Quia ergo viri isti, qui venerunt, totius occidentalis sanctæ synodi sententiam nostra huic synodo per literas exposuerunt, sensumque de fide & pietate nobis consensum declararunt, & eadem que nos, decreverunt, tum per literas, tum per ea que in mandatis acceperunt,*

que & inscripserunt deponerem: necessarios, quod officio ratio postulat, de consensu illorum nobiscum ad maiestatem vestram retulimus, ut pietati vestræ certo constet, iudicium, quod paulo ante a nobis exiit, esse unam communemque totius terrarum orbis sententiam.

Hæc verba, sive presbyteri Philippi sive Cyrilli, sive Patrum, neque commode, neque omnino intelligi possunt de secunda synodo Romana, in qua nihil certe potuit deliberari, de mittendis ad æcumenicam synodum legatis, qui totius synodi occidentalium episcoporum partes agerent, cum nondum æcumenica synodus indicta esset: nihil pariter potuit definiti de fide ab Episcopis, quos Deus Imperatorum studium confirmans, zelo succendisset, cum nondum Imperatorum studium perspectum esset. Deinde voces istæ Cyrilli, etiam ab Episcopis illis congregatis prædicatam Orientis sententiam, an non clare demonstrant, his congregatos esse in synodum Occidentales: maxime cum consensio Occidentalium cum Orientalibus dicatur contineri mandatis, quæ legati a synodo Occidentalium accepissent.

Quorum verba rem certe consiciunt.

Quid quod ex tribus legatis Philippus presbyter dicitur locum tenere Celestini pontificis, Arcadius & Projectus episcopi legatione occidentalis Ecclesiæ fungi. Fuit igitur occidentalis Ecclesiæ in concilium collecta, quomodo enim alioquin legatos misisset?

Causa, locus & præses concilii manifeste constant ex iis, quæ dicta sunt: de tempore vix vlla moveri potest controversia; nam literæ Celestini ex eo datæ v lll. Idus Maias, vel pridie, id est, Nonis Maiis consignantur. Neque vero potuit cogi concilium ante id temporis: qua enim oratione factum esset, ut vel sacra Imperatoris deferretur Romam, ante finem Decembris, atque etiam initium Januarii sequentis; aut tractoria Pontificis ad remotiores Ecclesias perveniret, nisi idoneo tempore; vel Episcopi Ecclesias suas desererent tempore quadragesima, quo catechumenis veteri more ad baptismum instituendis vacabant; aut brevius tempus, quam trium hebdomadarum conficiendo itineri Episcopis indulgeretur? Cum igitur hoc anno Pascha incidit in diem 19. Aprilis, non potuit convenire concilium, nisi circa Nonas Maias.

Quo tempore habita synodus.

Incertum dixi antea, quo numero Episcopi, incertum, quibus & civitatibus evocati sint: incertum enim nihil admodum superest, quod metuat certam opinionem faciat, sed quod tantum conjecturæ locum dare queat; numerum tamen oportet fuisse non exiguum, neque e vicinis tantum civitatibus collectum, cum synodus dicitur occidentalis Ecclesiæ. Crediderim facile, ex remotioribus quoque locis convenisse præfules, velut ex Insabria & Sicilia; idque videtur nonnulla sanctorum acta indicare.

Actum præsertim de mittendis Ephesum legatis: quamquam & de fide tractatum credibile est, sive recognita fuerint præcedentium duarum synodorum definitiones, sive iterum vocata ad examen Nestorii Cyrillique episcople, sive quo alio modo dici possit fides occidentalis Ecclesiæ exposita, & mandatis, quæ legatis darentur, comprehensa.

Quid gestum.

Facti sunt legatione res, Philippus presbyter, Arcadius & Projectus episcopi, quibus additus est Siricius sanctæ catholice Ecclesiæ verbi domi generalem Romæ notarius.

Quid ipis mandatum.

Quid haberent in mandatis, intelligere licet, tum ex literis Celestini, tum ex legatorum ad Patres Ephesinos sermonibus in concilio: id vnum nempe, quoad res Nestorii, ut exequerentur a Celestino jam pridem statuta alterum, quod ad synodum, vt decreta concilli confirmarent, ipsique pondus apostolice auctoritatis adderent.

In epist. ad synodum.

Celestinus Pontifex. *Diraximus pro nostra solitudine sanctos fratres & confacerdotes nostros, vnamini nos & probatissimos viros Arcadium & Projectum episcopos, & Philippum presbyterum nostrum, qui iis qua aguntur, intersim, & qua a nobis antea statuta sunt, exequantur.*

Philippus postulans sibi exhiberi, que ante aduentum acta essent, causam reddidit, que iuxta beati Pape nostri, presertimque huius sancti ceteris sententiam, acta nos quoque CONFIRMEMUS.

Arcadius. *Secuti formam Celestini sanctissimi pape apostolice sedis, qui nos dignatus est huius negotii EXECUTORES SUOS mittere, &c.*

Projectus. *Ego quoque auctoritate legationis apostolice sedis una cum fratribus sententia EXECUTOR existens desino. &c.*

Nihil actorum superest, quod quidem sciam, preter epistolas tres summi Pontificis, quarum vna est ad synodum oecumenicam, altera ad Theodosium imperatorem, tertia ad Cyrillum. Priores dua vna Idus Maias consignatae leguntur, tertia Nonis Maias.

Quid prima continet.

In prima Patres Pontifex hortatur ad tuendam fidem concorditer, in eo presertim tunc, ubi presens adisset Iohannes apostolus, divinitus Christi caritativique singularis prece; tam legatos commendat.

Quid secunda.

In secunda, post laudatam Theodosii in fide catholica defendenda constantiam, ipsum obsecrat, sub divini tamen obtestatione iudicii, ne quid turbida novitatis licere permittat, neve facultas aliqua his, qui divina maiestatis potentiam in humana dispensationis rationem arctare contendunt, quo perturbetur pax ecclesiastica, attribuantur: maiorem fidei causam debere esse quam regni: pro imperii salute geri, quidquid pro quiete Ecclesie vel sancte religionis reverentia laboratur.

Ex postrema discimus, consultum fuisse Celestinum a Cyrillo, an recipiendus foret Nestorius, si sua dogmata damnaret: quoniam, post indiciarum tempus emensum, videbatur sententia dudum lata vim suam exercere. Respondet Pontifex sedis apostolice more, nunquam displicere Deo acceleratam in quoquo correctionem, cum omnem hominem velit salvum fieri, & venire ad scientiam veritatis; studere se quieti catholice, studere perennis salutis: si tamen voluerit ageritudinem confiteri, &c.

Observatio de legatis.

Priusquam dicere desinam hac de synodo, observanda quedam reor de legatis, Philippo presbytero, & Arcadio ac Projecto episcopis; sed de Philippo maxime.

Conc. Ephes. an. 3.

1. Fuit ille Ecclesie apostolorum presbyter, videturque Baronio, nec sane improbabili, is qui eiusdem nominis, ordinis, & muneris, ante annos tredecim Zosimi legatione functus est in Africa, cum Faustino Potentinæ Ecclesie episcopo, & Afello presbytero, ad negotium appellationum tractandum.

In annual. ad ann. 418. num. 77.

2. Etsi tres illi simul, singulique aliquando, sedis apostolice, seu Ecclesie Romanæ legati, suppleverunt locum sedis apostolice, totiusque synodi occidentalium Episcoporum nomenclatur; solus tamen Philippus nominatim dicitur

Celestini locum tenere: dicitur vero, tum in relatione Patrum ad Imperatorem de adventu legatorum, tum in mandato, quod oecumenica synodus suis ad Theodosium legatis dedit.

III. Sux consensu ille auctoritatis, de summi Pontificis precellentia, in concilio totius Ecclesie, loquitur verbis, si que alia vniquam, amplissimis.

IV. Legatorum primus sanctam synodum allocutus est: primus sententiam damnationis in Nestorium tulit: primus damnationi subscripsit.

V. Primus, atque extra prescriptum ab Imperatore numerum legatorum sancte synodi, quorum tamen vnus erat Arcadius, vnus quoque Iuvenalis patriarcha, ad Imperatorem profectus est.

VI. Primus legatorum appellatur in mandato his verbis: Philippo religiosissimo Deoque dilectissimo Celestini sanctissimi episcopi apostolice sedis maxime orbis locum tenenti, & religiosissimis Episcopis, &c.

VII. Videtur & ipse Maximianum, quicum in Ecclesia Romana meruerat, vna cum Celestino Sixtoque eiusdem ætatis tunc presbyteris, postea summis Pontificibus, in thronum dejecti Nestorii evexisse. Unde Celestinus de Maximiano Romanæ Ecclesie alumno: *Fertili, ac si sui corporis partem, Romana testimonium, que hunc semper inter suos habuit, & numeravit, Ecclesia.* Et alio in loco, cum clericos Constantinopolitanæ Ecclesie ad Maximianum colendum hortaretur: *Audite ab eo, que a maioribus nostris nobiscum positus frequenter audivit. Nostro vobis ore loquitur collega, quia vna fides necesse est vniuer prædicari. Non hoc in eius persona alicuius testimonium mutatur: a nobis datus est, qui est electus ex nostris, &c.*

VIII. Calumniam denique passus est a Nestorii patronis, qui eius nomine epistolam sparserunt in vulgus, quasi diceret, Sixtum Celestini successorem agere tulisse Nestorii depositionem. Calumniam causam explicuimus, inter agendum de auctore librorum hypognosticon.

De aliis duobus legatis, Arcadio & Projecto episcopis, hoc vnum coniecere possumus, quod viri fuerint docti pariter ac industrii, vt tantæ legationi pares essent: quod legati occidentalis Ecclesie, sedisque apostolice dicti fuerint: quod denique Arcadius alterum vel ordinatione, vel ætate præcesserit.

Incerta est virtusque sedes ac patria. Nam quod Baronius suspicatur, Arcadium in Gallis sedem habuisse, Projectum Forocorneli, inde evertitur, vnde stabili posse videtur. Ait enim illustrissimus scriptor, in literis Celestini ad Galliarum Episcopos, de sancto Augustino ab calumniatoribus defendendo, appellari nomen Arcadii inter eos, quibus literæ inscribuntur: at inde manifeste concluditur, alium esse Arcadium, ad quem scripsit Celestinus; alium, quem misit Ephesum: scribebat enim anno 431. ad Arcadium Galliarum episcopum, quo tempore Arcadius legatus Ephesi verfabatur.

Afferit deinde Baronius Petri Chryfologi sermonem in ordinatione Projecti Forocorneliensis habitum, quo probet, eiusdem nominis legatum forte Forocorneliensis Ecclesie præfuisse. Verum sermo, quem laudat, a Chryfologo jam episcopo dictus est, quippe in ordinatione Episcopi, quem ipse consecraret. Atqui Petrus ipse Chryfologus ordinatus est a Sixto, qui Celestino successit anno 431. non potuit

Art. 2.

Art. 3.

Art. 6.

Ibidem.

3. part. conc. Ephes. cap. 22. in epist. ad Imp.

Ibid. cap. 24.

Ibid. cap. 33.

1. part. op. Metc. dissert. 6.

M.A.H.
ipsum, quod sp...
rum nobiscum ad...
pictati ostendit...
re a nobis emi...
erratum ubi su...
lippus siue Cyril...
reque omnino in...
Romana, in qua...
mittendis ad ec...
totius synodi oc...
es agerent, cum...
inducta esset: si...
de ab Episcopi...
um confirmant...
m Imperatorum...
nde voces ille...
illis congregati...
an non clare do...
se in synodum...
sensio Occid...
contineri in...
dentalium ac...
Philippus pre...
lestini pontifi...
pi legatione oc...
igitur occiden...
cta, quomodo...
cili manifeste...
de tempore vix...
nam litera Ce...
ias, vel pridie...
r. Neque vero...
emporis: qua...
vel sacra Imp...
finem Decem...
rii sequentis...
iores Ecclesie...
vel Episcopi...
quadragesima...
ad baptismum...
vius tempus...
nsciendo tri...
m igitur hoc...
Aprilis, non...
circa Nonas...
ero Episcopi...
evocati sunt: lo...
perest, quod...
nod tantum...
nerum tamen...
que e vicinis...
ynodus dica...
in facile, ex...
isse presules...
identur non...
phetam leg...
nim credibi...
eccidentium...
sive iterum...
que episto...
fides occi...
datis, que...
is presbyter...
ibus addit...
clestia vbi...
ica.

igitur concionem habere in ordinatione illius, qui ante annum 431. Episcopus fuisse, ipsumque adeo tribus annis in cura pastoralis antecessisset.

De Petronio Bononiensi episcopo, qui dicitur legatus Theodosii ad S. Celestinum.

Occasione legatorum, dicendum breviter de Petronio, quem a Theodosio ad Celestinum papam in causa Nestorii missum aiunt, literasque Imperatoris detulisse, quibus respondit Pontifex, se, ne heresis latius serperet, œcumenicam, ut moris esset, synodum indicturum. *Que synodus Ephesi prior sequenti anno celebrata est, frequenti ducentorum Episcoporum conventu.* Si qua fides adhibenda esset scriptori ejusmodi actorum; non impulsu Nestorii, sed odio, Theodosius procurasset cogendam synodum; non eam ipse indicisset, sed Celestinus; non eo tempore, quo indicta est, tulisset Pontifex damnationis sen-

tentiam, sed ferendam synodo mandasset; non executorem sententię Cyrillum constitisset, sed totam synodum. Verum nunc fides actorum, quantumvis eam, interpolatis veteribus monumentis, Sigonius firmare conatus sit: nam Nestorius ipse petitam a se synodum fatetur. Unde & synodi petitor a Celestino dicitur: legati sedis apostolicę, ipseque in primis studiosissimus pontificię dignitatis assertor Philippus, non a Celestino, sed ab Imperatoribus indictum concilium restatus est: & eo tempore indictum est, quo sententia Pontificis in Nestorium lata mandanda erat executioni; & executionem Cyrillo, non œcumenicę synodo Celestinus commisit, ut ex literis Nestorii, Celestinique & actis concilii aperte constat.

VIII. SYNODUS,

QUÆ EPHESINA OECUMENICA,

FLAVIO ANTIOCHO, & ANICIO BASSO COSS.

seu post consulatum Theodosii XIII. & Valentiniani III. A A. mense Junio, die 22. feria 2.

Quid de synodo Ephesina nunc tractandum.



U^m ea quę pertinent ad synodum Ephesinam, totum tertium recentioris collectionis conciliorum fere totum teneant, in eoque distribuuntur tres in partes omnia, sive quę synodum præcesserunt, sive quę in ipsa gesta sunt, sive quę subsecuta, donec pax Ecclesiarum coaluit, nã ego frustra sim, si præter præfationem historicam velim aliquid amplius hac de synodo scribere; cum neque melius quidquam aliud, neque compendiosius valeam. Quare addenda putavi dumtaxat duo, quę forte lectori ingrata non accident: quid nempe de synodo Ephesina didicerimus primum a Mercatore, & quid inter legenda tum veterum, tum recentiorum scriptorum opera de rebus Ephesinis observaverim, sive singulare quod dicatur, sive contra certas aliunde regulas, quod caveatur. Tertium addi poterat, synopsis scilicet eorum, quę ad synodum Ephesinam pertinent, ostendens quę defunt in editionibus vulgaris, eaque supplens, & quę perturbato ordine ponuntur, suum in locum restituens. Verum id in fine præfationis præstitum est.

§. I. Quid de synodo Ephesina primum a Mercatore accepimus.

Quę suppediet Mercator addenda concilio Ephesino.

MERCATOR suppediat nobis i. Quinque Nestorii sermones adversus Pelagianos, tredecim de sua heresi, quibus se manifestam prodit hæretici mens.

ii. Excerpta Cyrilli ex Nestorii operibus, longe ampliora Ephesinis.

iii. Refutationem anathematismorum Nestorii, a nemine hæcenus tentatam, & qua plurima continentur ad hunc usque diem ignota.

iv. Refutationem quoque symboli a Theo-

doro Mopsuesteno compositi: unde convellitur opinio Facundi Hermianensis, aliorumque Nestorio id symbolum tribuentium.

v. Excerpta quædam ex Theodori libris de Incarnatione, quibus totum virus Nestorianę impietatis continetur.

vi. Fragmenta librorum quinque a Theodoro scriptorum adversus sanctum Ephesinum concilium, unde multa elucescunt hæcenus obscura.

vii. Opusculum adversus Eutherium Nestorianę factionis hominem, ex quo redarguitur Photius Theodoro supponens alienos sermones.

viii. Epistolam Theodoretæ ad Nestorium, edita longe emendatiorem.

ix. Eiusdem literas ad diversos, quibus suam prodit impatientiam pacis inter Ecclesias restituta.

x. Eiusdem quoque Cyrillo insultantis concionem, aut potius concionis particulam: unde populares multe opiniones delentur, Mercatore faciem præferente.

Docet præterea numerum Patrum, qui Ephesi convenerunt, hæcenus incertum, tradit enim convenisse ducentos septuaginta quatuor. Deinde Theodoretum adversus capitula Cyrilli scripsisse ante synodum, quod dubium fuerat in hunc usque diem Denique oblato suo communitorio damnatos esse a Patribus Ephesinis Pelagianos episcopos.

Hæc & alia Mercatori accepta referri debent: cujus etiam beneficio tolli potest perturbatio maxima operum, quę prima tertique parte concilii Ephesini in vulgaris editionibus reperitur. Quam facili autem negotio restitui possit ordo, post præfationem nostram historicam, nemo non advertet, qui subjunctam præfationi synopsis legerit.

Obfer-